

XXIII.*Anno 1124.*

Stephanus, Colomani Regis filius, Tragurinis et Spalaten-
sibus, eadem quae Pater ejus Colomanus, juramento pro-
mittit.

Ego Stephanus Colomani filius, Rex Hungariae, Croatiae atque Dalmatiae
anno Dominicae Incarnationis 1124, Indictione secunda, mense Julio, nono anno
Regni mei, eandem libertatem et pacem a patre meo vobis Tragurinis et Spala-
tinis civibus stabilitam, cum Episcopo et Comitibus & omnibus Regni mei Prin-
cipibus, sub eiusdem Sacramenti obligatione confirmo & corroboro. Ego Mar-
cellus Strigoniensis Archiepiscopus laudo & confirmo. Ego Gregorius Baacensis
Archiepiscopus laudo & confirmo. Ego Simon Quinque-Ecclesiae Episcopus
laudo & confirmo. Ego Cledinus Comes laudo & confirmo. Ego Marcus laudo
& confirmo. Ego Lambertus Comes laudo & confirmo. Ego Buzco Comes
laudo & confirmo. Ego Nicolaus laudo & confirmo. Ego Jacobus Comes laudo
& confirmo. Ego Sergius Comes laudo & confirmo.

Lucius de Regno Dalm. et Croat. Lib. III. Cap. IV.

XXIV.*Anno 1143. die 3. Maji. Spalati.*

Geisa, Hungariae, Croatiae et Dalmatiae Rex, iuramentum
Colomani Regis, civitatibus Croatiae & Dalmatiae factum,
renovat.

Anno Dominicae Incarnationis 1143 Indictione 5. Epacta 22. currentibus 3
mensis Maii, anno secundo Regni mei. Ego Geysa Rex Hungariae, Croatiae atque
Dalmatiae juro super sanctam Crucem urbis Spalatensis Principibus firmam pacem
et libertatem; mihi quoque et successoribus meis tributarii, aut angariarii ne sitis;
Episcopum vero aut Comitem, quem Clerus aut populus elegerit, confirmabo;
et lege antiquitus constituta cum vestro Iudice uti permitam vos: Praeter quod